

~~G. 124~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

V-37

SIGNAT. CLVCCCCXIII.

5

I. N. J.

# ÆRARIUM CAUTUM

## QUINDENA POSITIONUM

### DELINEATUM,

PRÆSIDE

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQUE EX-  
CELLENTISSIMO,

# DN. CHRISTIANO Köhrenseen/

Phil. Pract. Prof. Publ. longè celeberrimo,

*Patrono, Præceptore, Studiorumq; suorum Promotore  
et atem observando,*

*publicè defendet*

# M. GEORGIUS MICHAELIS,

Hungarus,

*die 14. Januarii, A. O. R.*

*cl. 13c LXXXII.*

*Horis matutinis, in Auditorio  
Majori.*



WITTENBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

und IV

h. 10. 3220





POSITIO I.

**A**ERARIUM, ab ære gemino dictum Tropo, licet nonnunquam cum FISCO permutetur, accuratè tamen sumtum, eidem non æquipollet.

II. Aerarium namq; propriè populi & Reipublicæ, Fiscus verò Principis esse censetur.

III. Voce divinâ & Apostolicâ, REDDITE, Emphaticè Harmonicèq; sancitum, sanæ deinde dictamine rationis est communitum.

IV. Cœlestis quippe Sapiëntia, quam conatu irrito ambiguis laqueorum nexibus Syncretizans implicare anxie laborabat ingenium, divinissimus item gentium doctor, non nudè dandum, sed reddendum esse, quod Cæsaris est, unâ voce pronunciant.

V. Æqvissimum simul est, ut eos, quorum sub regimine liberè, bene, beateq; vivimus, quicq; , ut nos securos præstent, pro salute nostrâ excubant, proprias profundunt fortunas, imò charam quoq; non rarò pro Lege & grege discrimini exponunt vitam, ex iis, quæ nobis suppetunt, alacri animo, id quod imperatur contribuendo, adjuvemus.

VI. Cùm

VI. Cùm porrò non semper placidè serenans sit Reipublicæ facies, sed persæpe furentibus bellorum, auream ejus libertatem funestè opprimere minitantium, involvatur procellis, quibus ut Gubernator masculè contraniti, eamq; salvam conservare possit, ordinariis redituum non sufficientibus remis, collectarum vela bono jure in subsidium vocat.

VII. Ast cùm mortalibus cæcus habendi innatus sit amor, adeò ut privata præposterè anteponant publicis, nec nisi cum querelis, susurris, imò seditionibus periculosis, extra receptum morem de suo aliquid in commune depromant, Cauto Proteo, blandoqve Orptheo opus est, qui & ingenia flectat, & peritiâ collectas instituendi probè sit instructus.

VIII. Tam verò arduum tamq; difficile præsens est postulatum, ut ne oculatissimus quisq; illud pro dignitate perspicere valeat.

IX. Licet enim, communi Politicorum ore, in collectis instituendis proportio non Arithmetica, sed Geometrica servanda statuatur, idoneo tamen opus est artifice, qui hanc ubiqve extrahat radicem.

X. Nam sive personis, sive rebus imponantur con-  
tri-

tributiones utrinq; , pro harum mirâ varietate, tot tantiq;  
sefe offerunt casûs, quibus, ut communi quâdam Lege ob-  
viam eas, non conceditur.


XI. Tutissimum proinde erit in tantâ difficultate,  
ut Quæstores, Censitores atq; Exactores deligantur con-  
spicuæ probitatis, fidei indubiæ, conscientiæ integræ, &  
imprimis prudentiæ laude præstantes, qui geminos illos  
violentiæ & imposturarum tutò prætervehant scopulos,  
inq; exactione Thesei illud æqvitatis filum rectè obser-  
vent.

XII. Rigidis Subditorum animis subdendæ conce-  
dendorum, vel conservandorum privilegiorum, asseren-  
dæ vindicandæq; Religionis atq; libertatis, flammæ, sic  
dubio procul molles tractabilesq; reddentur.

XIII. Iniqvus est Civis, qui videns Principem can-  
didè secum agere, non tamen sponte suum facit officium.

XIV. Vel Barbari calculo, nunquam debilem ci-  
ves Byzantini, privata publicis anteferendo, sibi inusserunt  
notam, sicq; funestam utrorumq; jacturam, ingenti, proh  
dolor! Reipublicæ Christianæ malo, miserè fecerunt.

XV. Solvit tandem cum gaudio pacis lenitas, quod  
tristis belli calamitas conflaverat.



Ung. VI 37


ULB Halle  
003 913 872 3




Sl.

U 3 17









Farbkarte #13

B.I.G.

5

L.N.J.  
**M CAUTUM**  
**POSITIONUM**  
 NEATUM,  
 RÆSIDE  
 VIRO  
 PLISSIMO ATQVE EX-  
 NTISSIMO,  
**ANO Köhrenseen/**  
 Publ. longè celeberrimo,  
*udiorumq; suorum Promotore*  
*observando,*  
*licè defendet*  
**IS MICHAELIS,**  
 ungarus,  
*uarii, A. O. R.*  
*oc LXXXII.*  
*tinis, in Auditorio*  
*Majori.*  
 ENBERGÆ,  
 HENCKELII, Acad. Typogr.

h. m. 3220

